Fragmentarium

Et accepta benedictione ingrediatur; DE INFIR
INFIRMORUM cura ante omnia et super omnia MIS FRIB;
adhibenda est. ut sic re uera xpo. ita eis seruiatur;
Quia ipse dixit. Infirmus fui et uisitastis me;
Et quod fecistis uni de his minimis meis mihi fecistis;
Sed et ipsi infirmi considerent in honorem dei sibi ser
uiri. et non superfluitate sua contristent fratres suos seru
ientes sibi; Qui tamen patienter portandi sunt; quia
de talibus copiosior merces adquiritur; Ergo cura
maxima sit abbati. ne aliquam neglegentiam patian
tur; Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata.
et seruitor timens deum. et diligens ac sollicitus;
Balnearum usus infirmis quotiens expedit offeratur;
Sanis autem et maxime iuuenibus tardius concedatur;
Sed et carnium esus infirmis omnino debilibus pro re
paratione concedatur; At ubi meliorati fuerint.
a carnibus more solito omnes abstineant; Curam autem
maximam habeat abbas. ne a cellarariis aut seruito
ribus neglegantur infirmi. quia ad ipsum respicit.
quicquid a discipulis delinquitur; DE SENIB;
Licet ipsa humana natura. UT IN FANTIBUS;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 23v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48977)